BIBLIOTHÈQUE DE LA REVUE D'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE
FASC. 14 B

Statuta Capitulorum Generalium Ordinis Cisterciensis

AB ANNO 1116 AD ANNUM 1786

Quae ex libris praesertim manu scriptis collegit, recognovit, annotatione critica enodationibusque instruxit et

EDIDIT

D. Josephus-M[ia] CANIVEZ
ORD. CIST. REF.

TOMUS VIII
INDICES



LOUVAIN
BUREAUX DE LA REVUE :
40, RUE DE NAMUR, 40
1941

INTRODUCTIO

In difficillimis infaustisque rerum publicarum et privatarum adiunctis collecti et excusi sunt nostri INDICES, non tamen ea, quae ab initio intenta fuerat, mole et amplitudine. Utut exstant, nonnullum tamen adiutorium praebere poterunt lectoribus illis, qui de diversis argumentis textus convenientes sibi quaerent, v. g. de historia ecclesiastica vel civili, de iure regulari praesertim Cisterciencium, de monasteriorum fundatione et vicissitudinibus, de liturgia, de personis fere innumeris, quae citantur in Statutis septem circiter vitae saecula regentibus : sive pontifices, episcopi aut praelati, sive reges, duces, aliique nobiles laici saeculares, sive etiam monachi, moniales, reformatores, immo et laici plebeii, ut agricolae et mercatores, fuerint.

Specialiter autem urgebat nos votum inserendi huic ultimo tomo chartas geographicas, ut aiunt, nomina et locum referentes eorum saltem, quae in Statutis citantur, monasteriorum ; obstitit sola praesens rei oeconomicae conditio.

In conficiendis istis Indicibus occasionem arripuimus corrigendi quosdam errores in tomos textuum irreptos, v. g. de interpretatione verborum, quae sub forma aliquando inusitata vel corrupta in codicibus reperiuntur, aut de aliis huiusmodi. Exempla sint :

1190 : 64 Claricampi, non vero Caricampi.
1191 : 21 Bonavallis, sc. in Delphinatu.
1191 : 27 Rex Castellae, i. e. Alphonsus IX (1188-1230).
1192 : 42 Abbas Insulae, sc. Barrensis.
1195 : 53 Albaripa, i. e. Auberive.
1201 : 21 Rex Legionensis, i. e. Alphonsus VIII (1158-1214) ; id. **1207** : 39.
1201 : 31 Sancti Andreae, i. e. de Valle benigna seu de Palatiolis, id. **1209** : 22.
1203 : 5 Quinquesodes, i. e. Kingeswoda ; id. **1203** : 49.
1205 : 52 Salvaterra, i. e. Calatrava ; id. **1206** : 32.

1206 : 22 Cliva, leg. Oliva.
1207 : 49 Nova villa, i. e. Villa nova dioec. Nanneten.
1210 : 22 Andreo, i. e. Andrejovia.
1213 : 58 Pelis, i. e. Peleas de Abajo seu Valparaiso.
1214 : 3 Bonadiela, i. e. Boñar ; cf. **1209** : 18 ; **1218** : 18.
1217 : 43 Stanlée Wiltissire, i. e. Stanlegia in comitatu Wintonien.
1218 : 38 Alba domus, i. e. Strata Marcella.
1218 : 48 Sturmer, i. e. Estormir ; cf. **1209** : 57.
1232 : 23 Moleges, i. e. Mologesium.
1236 : 50 de Petris, non vero Albae Petrae.
1238 : 40 Horst S. Mariae, i. e. Mariengarten, in dioec. Colonien.
1240 : 33 Mogelin, i. e. Mogilno, abbatia OSB.
1241 : 10 Rex Scotiae, i. e. Alexander II (1214-1249).
1241 : 12 Rex Castellae, i. e. Alphonsus IX († 1230).
1241 : 53 Elna, leg. Alna.
1244 : 47 Bonifontis, i. e. Buenafuente.
1246 : 49 Cambrone, i. e. abbatia monial. in Hispania ; cf. **1271** : 46 ; **1451** : 43 ; **1541** : 70.
1249 : 37 Hirs, i. e. Herce, abb. monial. in Veteri Castella ; cf. **1267** : 89.
1255 : 46 Sannona, i. e. S. Spiritus de Semprone.
1294 : 16 Parkanensis, leg. Pataviensis, et agitur de Cella [principum].
1489 : 18 Coloniensi, Colonia ; leg. Colomensi, Colomia.
1601 : XXVII, 11 librorum spiritualium, leg. lib. «prohibitorum» iuxta T⁵.
1771 : B) D) Chaulat, leg. Chanlat.

Pauca adnotamus de ratione seu methodo adhibita ad Indices conficiendos, ut prudens simul ac benevolus lector facile inveniat quae ad suum scopum conferentia in textibus nostris requiri et inveniri possunt. Sit ergo exemplum de abbatiis Cisterciensis Ordinis, quarum nomina crassioribus litteris imprimuntur. Nomen cuiuscumque monasterii, et nomina si quae sunt, sequuntur notae de eiusdem loco, regno, dioecesi ; deinde indices textuum ad ipsum pertinentium ; qui, si abundantiores sunt, sub istis titulis distribuuntur :

— Abbas : eius nomen, si est citatum in Statutis.
accusans : nempe aliquem in Capitulo generali.
accusat. : accusatus ipse in Capit. generali.
appel. : appellans nempe ad Capitulum vel aliud forum.
cedens : suam praelaturam relinquens.
citans : aliquem in Capitulo vel alibi.
citat. : citatus ipse ad Capitulum generale.
commiss. i. e. commissus seu delegationem recipiens.
contum. i. e. contumax.
delegans, sc. aliquam iurisdictionem.
delegat. : delegatus ad Concilium vel Curiam romanam.

diffin. : diffinitor in Capitulo generali.
elect. : electus, et nomen electi, si est citatum.
excusat. : excusatus de non veniendo ad Capit. generale.
facult. : facultates quasdam recipiens a Capitulo.
interdict. : interdictus.
iudex, nempe creatus a Capitulo pro causa intra Ordinem.
petens, nempe a Capitulo sive licentiam sive aliam concessionem.
praesens, in Capitulo generali.
praes. elect. : praesidens electioni abbatis, sive in domo filia, sive alibi.
procurat. : procurator sive in Curia romana, sive in Parlamento civili.
punit. : punitus a Capitulo pro culpa ibi propalata.
querel. : querelam habens pro qua nominantur iudices.
referens, nempe in Capitulo de causa sibi antea commissa.
reform. : reformator creatus a Capitulo et missus ad quaedam monasteria.

Alia statuta quae non ipsam abbatis personam tangunt, sub titulis sequentibus sunt collecta :
— Anniv. i. e. anniversaria fundata sive a benefactoribus sive ab aliis.
— Contract. : contractus initi inter abbatiam et laicales personas.
— Contrib. : contributiones quae Ordini debebantur, v. g. pro obtinendis vel defendendis privilegiis.
— Convent. : conventus ipsius monasterii, qui aliquando dispergitur inter alias abbatias Ordinis.
— Conversi : fratres laici.
— Debita, sc. quae gravant ipsum monasterium.
— Domus filiae : illae nempe abbatiae, quae a matre exierunt, sub cuius iurisdictione remanent.
— Hospit. : hospitalitas seu hospites.
— Iudices : qui nominati sunt a Capitulo generali ad cognoscendum de debitis et urgendam solutionem.
— Monachi : istius abbatiae quorum nomina vel facta citantur.
— Monast. : monasterium ipsum et eius vicissitudines.
— Scolar. : scolares monachi missi seu mittendi ad collegia Ordinis.

* * *

Quoad modum remittendi ad tomos textuum, illum reputavimus utiliorem, qui annum indicat simul et numerum statuti, v. g. **1244** : 13, i. e. anni **1244** statutum 13, folio separato et amovibili indicante series annorum cuiuscumque tomi.

Tomus I : 1116 ad 1220.
Tomus II : 1221 ad 1261.
Tomus III : 1262 ad 1400.
Tomus IV : 1401 ad 1456.

Tomus V : 1457 ad 1490.
Tomus VI : 1491 ad 1542.
Tomus VII : 1546 ad 1787.

* * *

Iuxta usum plerumque receptum, personae in Indicibus nostris ex propriis, seu baptismi, nominibus, usque ad annum 1500, vel circiter ; ex nominibus familiae pro saeculo XVI et sequentibus, citantur.

* * *


Addendum ad tomi II pag. XIV, inter Codices Parisinos : ms. 1145 n. a. lat. Bibliothecae Nationalis, fol. 97^v refert statutum 15 anni 1239 (P^{11}).

Eiusdem Bibliothecae ms. lat. 14853 habet, pro annis a 1211 usque ad 1219, quaedam Statuta iam relata in nostra editione. Istius ergo codicis nuda mentio sufficere visa est quin totum eius textum de novo publici iuris faceremus.


* * *

Anno 1783, approbata fuit a Capitulo generali *Constitutionum Ordinis Cisterciensis Collectio,* quam publicavit Cistercienser-Chronik, t. 53 (1941) p. 10 sq.

A



C



D

F

G

H

L

M

N

P

Q


R

S

U

X

Z



Imprimerie J. Duculot, Gembloux. *(Imprimé en Belgique.)*